

*quoque possessores vix decimam partem accipiebant eius summae in quam fundos suos professi erant. — 17) Supra scriptum. — 18) Supra scripto. — 19) De Cornelio Galliano cf. not. 24. — 20) De Pomponio Basso cf. not. 24, et supra N. 6106. — 21) Videtur omissum esse: pro parte tertia; nam eundem saltum Bitiniam (sive quo alio nomine fuit) et L. Annius Rufinus suo et Veri fratri nomine professus est, et professi sunt coloni Lucenses, atque in horum professione adiectum est: pro parte tertia. Cf. Bornmann C. I. L. XI p. 221<sup>a</sup>. — 22) Cf. quae adnotavimus ad professionem quae praecedit C. Coelii Veri (not. 21). — 23) Cf. not. 21. 22. — 24) Haec appendicis instar videntur adiecta in eadem tabula, spectant autem ad tempora paullo antiquiora, Traiano nondum Dacico appellato. Apparet antequam Traianus Veleiatibus sest. 1044000 largitus esset, iisdem iussu imperatoris distribuisse summam longe minorem Cornelium Gallicanum. Praeterea alia distributio pecuniarum circa eadem tempora videtur demandata fuisse Pomponio Basso.*

---

**6676** in colonia Iulia Polla Pollentia Herculanea, | referentibus P. Muttieno Pris[co] et C. Marcio Histro Hvir. | non. Sept.: | quo[d v]erba facta sunt, Settidium | Abas[ca]ntum praeter probita[tem] v[ita]e c[on]sum ea sollicitudine | adq[u]e in[dus]tria delegatum sibi | officium [in] insula Minervia tueri, | ut non [tan]tum contentus sit cura ac | dilige[n]tia religioni publicae satisfacta[cere], verum [et]iam quaedam proprio sum[ptu]so ad excolendum locum excogitet | [et ei i]npenda[t] et propter hoc talis affecti[onis] merita decret[us]o publico remuneranda | [esse] . . . illis por. public. gra[...]

*Pole (V 8439 Mommsen vedit ectypum. Alterius exempli frustulum V 8140).*

**6677** d. m. | Pollentiae | Processae | col. Pol. lib., | Valerianus | summarum | dispensat.<sup>1</sup> | collibertae<sup>2</sup> | rarissimae | posuit.

*Pole (V 83 vedit Mommsen). — 1) Cf. supra N. 5450 (not. 2). — 2) Minus proprie Processam collibertam appellat Valerianus, non libertus coloniae, sed servus.*

*Alios titulos Polenses habes supra N. 410. 498. 852. 853. 946. 1644 2229. 3747<sup>a</sup>. 3747<sup>b</sup>. 4472. 4892. 4893. 5755.*

---

**6678** C. Cantio L. f. | Lem. Septimino eq. | publ., flam., patron. | colon. Iul. Parent., | curial. veter. Par.<sup>1</sup>, | omnib. honorib. | municipal. functo, | praef. et patr. coll. fab., | plebs aere conlato. | L. d. d. d.

*Parentii (V 335 vedit Mommsen). — 1) Curiali veteri Parenti, locum scilicet in curia Parentinorum obtinenti a maioribus acceptum (Momms.).*

---

**6679** d. m. | Sex. Fulcinio | Sex. f. Vel. Vero | dec. Parent., | an. XIII dier. XXXVII. | Huic<sup>1</sup> ordo pientissimus decr. suo funus pub. | et res pub. turis lib. tres | titulis publice ferri | universi censuerunt. | Huic et col. fabr. turis | mittendi habuit hon. | Qui parentes suos | miseros senes in | luctu reliquit. | Parentes filio | pientissimo et sibi | vivi posuerunt.

*Parenti (V 337 vedit Mommsen). — 1) Structura impedita; videtur significari decuriones defuncto decreuisse funus publicum, item decreuisse ut rei publicae nomine turis librae tres in funere ferrentur nomine rei publicae in titulis expresso, consensisse autem de his decretis universos (Momms.).*

*Alios titulos Parentinos habes N. 678. 3290.*